



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Igniculi pietatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

Desid. & Amor. 165
ventre meo fluāt aquæ
viuæ. Fons vitæ, reple
mentem meam torrē-
te voluptatis tuæ: Ine-
bria cor meum sobria
ebrietate amoris tui,
vt obliuiscar quæ va-
na sunt, & terrena, &
te solum iugiter habeā
in memoria mea, sicut
scriptum est: Memor
fui Dei, & delectatus
sum.

Igniculi pietatis.


S Vрге, amica mea, *psal. 76*
speciosa mea, & ve-
ni,

166 *Die Mercurij*
ni, columba mea in fo-
raminibus petrae, in
cauerna maceriae, ostē-
de mihi faciem tuam;
sonet vox tua in auri-
bus meis. *Cant. 2.*

Ecce sponsus venit,
exite obuiam ei.

Matt. 25.

Venerunt nuptiae a-
gni, & vxor eius præ-
parauit se, & datum est
ei, vt cooperiat se bis-
sino splendenti, & can-
dido. *Apoc. 19.*



PCST

dignè te laudare, & diligere, tamque fideliter seruire, & placere tibi ad gloriam tuam, quantum omnes, & singuli tã Angeli, quam homines te laudant, & diligunt. Et propterea etiam in horum omnium vnione laudis, ac amoris, offero, & resigno tibi meipsum per suauissimum cor tuum, in omne beneplacitum tuum, ad gloriam tuã, quomecum, meque ita facias, vt ablata in me omni rebellionẽ erga te, sola tua sanctissima,

H 2 atque

172 Die Mercurij
atque laudabilissima
volūtas semper in me,
de me, per me, & in
omnibus fiat.

P E T I T I O .

*Idiora
contem.
cap. 10.*

O Clementissime
Dñe Iesu Chri-
ste, amicos tuos viui-
ficans amore, extende
ad me peccatorem mi-
serabilem tuam exupe-
rantem dilectionem, vt
te diligam pro dono
tuo, & modo meo mi-
nus quam iusto. Nam
etsi quātum debeo nō
pos-